filius est in domino predicauit preceptum domini constitutus est in monte sancto eius. ℟ Quare f. ℣. Tu es gloria mea. tu es susceptor meus domine tu exaltas caput meum et exaudisti me de monte sancto ℣ Amauit eum dñs ꝛ orn. tuo. ℟ Dñe quid. **Lectio prima.**

Dominicus sermo quem debemus omnes non solum studiose uerum etiam sapienter audire. cum nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire. moderacionis sue tenens ubique tem periem. ut nec ouibus desit pabu la. nec pastoribus alimenta. quedam specialiter solis precepit nobis. quedam uero generaliter ꝛ nobis ꝛ uobis. Nobis namque id est seruis quos ille paterfamilias rerum omnium dominus ad hoc in sua magna do mo constituit. ut ipso eius uerbum gracie ministremus. specialiter iun gitur sce predicacionis officium. ℟

Euge serue bo ne et fide lis quia in pauca fuisti fide lis supra mul

ta te constitu am. Intra in gau dium do mini tu i. ℣ Domine quinque talenta tradidisti michi. ecce alia quinque super lucra tus sum. Intra

Generaliter uero **Lectio secunda** ꝛ nobis ꝛ uobis salu tans indicatur obediencia man datoris. In quibus denuo manda tis tamquam ditissimus ferculis. sic celestium deliciarum copia spiritualis erudierat. ut in uerbo habundet quod perfectus comedat. quod paruulus suggat. Ibi est enim simul ꝛ lactens potus quo tenera nutriatur fidelium infan cia. et solidus cibus quo robus ta perfectorum iuuentus spiritualia sancte uirtutis accipiat incre menta. Ibi prorsus ad salutem consulit uniuersos. quos dñs saluare dignatus est. Ibi est quod omni etati congruat. ibi quod omni professioni proficiat. Tu. ℟ Ecce sacerdos magnus qui in diebus su is

[illegible] Registrum [illegible] Pro Anno
1546

placuit de o. Ideo iure iu

rando fecit illum dominus

crescere in plebem su am. V.

Benedictionem omnium genci

um dedit illi et testamentum suum

confirmavit super caput e ius.

Ubi audimus precepta. lectio tercia

que faciamus. ubi cognoscimus

premia que speramus. Ibi

iussio est que nos per litteram

doceat et instruat ad faciendum

ibi promissio que per graciam

trahat et perducat ad gloriam.

Sermo igitur dispensatori. quem

populo suo preposuit dominus speciale

volens officium demonstrare.

ait quod ex ewangelio modo au

divimus. Quis putas est fidelis

dispensator et prudens quem

constituit dominus supra fa

miliam suam. ut det illis in

tempore tritici mensuram? Be

atus ille servus. quem cum

venerit dominus. invenerit ita fa

cientem.

Tu. R. Iuravit dominus et non

penite bit e um. tu es sa

cer dos in e ter num secundum or

di nem mel chi se dech. V. Dixit

dominus domino meo sede a dex

tris me is. Secundus. In II. N. an

Invocantem exaudivit dominus sanctum

suum. dominus exaudivit et cu

stodivit eum in pace. Psalmus Cum invoc. Ant

Letentur omnes qui sperant in te domi

ne quoniam tu benedixisti iusto. scuto

bone voluntatis tue coronasti eum. Ps

Verba mea. Ant. Domine dominus noster

quam admirabile est nomen tuum

in universa terra. quia gloria et honore

coronasti sanctum tuum. et constituisti

eum super opera manuum tu arum. Psalmus

Ecce ſacerdos magnus. q̃ in. d. L. iiij.

Quis eſt dominus fratres? Chriſtus ſine dubio qui diſcipulis ſuis ait. Vos uocaſtis me magiſter et domine. et bene dicitis. Sum etenim. Que eſt etiam huius domini familia? Nimirum illa eſt. quam ipſe dominus de manu inimici redemit. et ſuo domino mancipauit. Hec autem familia ſancta eſt eccleſia catholica. que per orbem terre copioſa fertilitate diffunditur. et redemptam ſe precioſo ſui domini ſanguine gloriatur. Filius enim hominis non uenit miniſtrari. ſed miniſtrare. et dare animam ſuam in redemptionem pro multis. Ipſe eſt etiam paſtor bonus. qui dat animam ſuam pro ouibus ſuis. Tu autem.

R. Poſui adiutorium ſuper potentem. et exaltaui electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Inueni dauid ſeruum meum oleo ſancto meo unxi eum. Manus. Lectio V.

Grex enim boni paſtoris. ipſa familia redemptoris. Diſpenſator uero quis ſit quem oportet eſſe fidelem pariter et prudentem. paulus apoſtolus qui de ſe ſuiſque ſociis loquens ait. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros chriſti. et diſpenſatores miſteriorum dei. Hic queritur iam inter diſpenſatores ut fidelis quis inueniatur. Ne quis autem uerum ſolos apoſtolos diſpenſatores exiſtimet. neglectoque iniuncto officio. ſeruus piger infideliter imprudenterque dormitet. Et ipſe quoque apoſtolus epiſcopum diſpenſatorem eſſe oſtendens. ait. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe. ſicut dei diſpenſatorem.

R. Iſte cognouit iuſticiam et uidit mirabilia magna. et exorauit altiſſimum. Et inuentus eſt in numero ſanctorum. V. Iſte eſt qui contempſit uitam mundi et peruenit ad celeſtia regna. Et inuentus. Lectio ſexta.

Serui ergo patriſfamilias ſumus. menſuram tritici

S. Vlrich Rottsteins Stiffts Register
Anno
1546

quam nobis erogemus. accepi
mus. Que vero sit ista mensu
ra tritici. si queramus. ipsam
quoque nobis beatus paulus
apostolus ostendit. Unicuique sicut
deus divisit mensuram fidei.
Quam ergo mensuram tritici xpistus
[illegible]cipat. ipsam mensuram fidei
paulus appellat. ut [illegible]
non aliud esse [illegible]
[illegible] xpiane [illegible]
[illegible]amentum. [illegible]
mensuram nobis [illegible]
[illegible]
e per dei famulos verbum ve
ritatis auditis. [illegible]
[illegible]

[illegible]rum magnas virtu tes
ope ratus est et omnis ter
ra doctrina eius re ple
ta est. Ipse intercedat
pro peccatis om nium popu

[illegible] lo[illegible]
tempsit [illegible]
D[illegible]
Domine [illegible]
pacito [illegible]
[illegible]
[illegible] magnum tenent [illegible]
super eum. posuisti in capite eius coro
nam de lapide precioso. Domine in virtute.
Hic accipiet benedictionem a domino
et misericordiam a deo salutari suo. quia
hec est generacio querencium dominum.
℣ Iustum deduxit dominus p. u.
Dum est tra. S. matheum
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis pa
rabolam hanc. Homo quidam peregre
proficiscens vocavit servos suos
et tradidit illis bona sua. Et reliqua.

1546

3